1673
9 Janv.

38. Piece.

DECLARATIO

D. Maraiæ Doctoris S.æ Facul. Paris. oblata. 1.um Illustrissimo Archiepiscopo, 2um S.æ Facultatj Parisiensi circa Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ.

Postquam rescivi ex ore Illustrissimi ac Reverendissimj Domini Archiepiscopi Parisiensis quosdam Theologos instituisse verbo tenus de me apud illum quærimoniam, quasi in oratione quam habui in Collegio Harcuriano, ut quot annis moris est festo die Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ, aliquid dixissem, quod fidelium pietatem in celebranda Conceptione Immaculatæ Virginis Deiparæ in contemptum adduxisset et eorum de immunitate Beatæ Mariæ Virginis a macula peccatj originalis in sua Conceptione sententiam infirmasset aut eos qui eam propugnant odiosos reddidisset.

Case
Wing
folio
.Z
.144
.A1
v.2
no 38
THE NEWBERRY LIBRARY

Ego Eidem Domino Illustrissimo Antistiti, vt par est, rationem reddens inprimis dixi vehementer dolere me, quod aliqui ex iis quæ dixi Scandalisati fuerint, et vt eidem præfato Domino faciã satis, neminique sim offensioni, quantum in me est, qua quidem nihil a mea mente alienum magis, ex animo dixi spondere me, nihil vnquam Scripturum aut Docturum, quod Sententiam hanc, quam tenet Sacra facultas Parisiensis quamque teneo, quomodocumque infirmare queat, aut quod eam tenentes reddere possit aduersos, meque semper Decreto Concilij Tridentini, editisque ea de re à S. Sede Apostolica Constitutionibus adhæsurum, et quidquid ex in aduertentia Contrarium huic Sententiæ à me dictum fuisset pro non dicto me haberi cupere.

Idem quod supra declaro coram Sacra Facultate Matre mea. Actum Parisiis die nono Mensis Januarij anni 1673. Signatum Ludouicus Maraic .</.